



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Pater Noster Qvi Es In Coelis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

runt oculi tot hominum, qui pependit in cruce, qui reuixit ex morte.

Sed quia difficultis est attentio in recitatione, ideo ignoramus
recitationes: at Ecclesia semper eas proposuit, & publice &
priuatim eas exerceri iubet. Ideo Psalmi traditi sunt summus consilio
compositi. Et Christus ipse formam precandi proponit, ac communis
inquit Lucæ 11. Cum oratis, dicite. Verba & recitationes eam
præscribit, ut antea præscripsérat Iohannes. Tencamus ergo
recitemus formam diuinō consilio traditam.

PATER NOSTER QVI ES
IN COELIS.

Ide est, qui ades vbiq;, vbiq; respicis & exaudis, omnipotens
conditor rerum. Sed hac parte recitata, animum tuum deinceps
tristis appellatio. Quem Deum vocas Patrem? Et cur ita nominas
quem aditus tibi ad eum factus est? Hic veniant in meentem Chilii
dicta Iohan.14. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Et: Quime nra,
videt Patrem. Et Iohan.16. Amen amen dico vobis, qui si quid peccatis
Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hunc igitur Deum vocabili-
tatem, qui se patescit missō hoc ipso filio Christo, & resuscitato, &
dato Euangeliō. Et vocas ideo Patrem nostrum, quia placauit ei
filium, & hoc sacerdote perferente nostras pieces recipit. Vige
me commonefaciam, addo hæc verba: Omnipotens, æternus, & misericordis
Deus, æterne Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te patescisti im-
mensa bonitate, & clamaisti de filio tuo Domino nostro Iesu Christi:
Hunc audite, conditor omnium rerum, & conservator & opifex,
cum filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, regnate tecum,
& patescat in Ierusalem, & Spiritu sancto tuo effuso in Apollitos,
sapiens, bone, misericors, iudex & fortis, Pater noster qui es in ore
lis. Ita distinguitur invocatio ab Ethnica, Turcica, Indiaica, & adi-
netur mens de promissionibus.

S A N C T I F I C E T V R N O M E N T V M

Ide est, effice ut vere agnoscaris, ut vera doceantur, per qua glori-
ria tua vere patescat, ut te recte invocant & colant homines. Nomus
enim significat noticiam, seu agnitionem & celebrationem notitiam
Dei, & invocationem. Res igitur petenda, quæ hic initio reperiuntur
est summum & primum bonum, de quo primum preceptum & secun-
dum præcipue concionantur, videlicet, ut Deus recte innotescat, &
doctrina vera de Dao, uox Euangeliū vere & late spargatur, & res
accipiantur, & multi homines vera invocatione ac obedientia Deum
celebrent.

A. 11.